



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Lazarus Conf. 17. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. LAZARUS CONF.

17. Decembris.

Ille L A Z A R U S est, quo fratre germando nobiles sorores Martha & Magdalisa gaudebant, Christo dilectus, & ab hoc amici etiam nomine donatus. Plus dico. Ille est, qui mortuus lacrimas Deo & gemitus potuit excutere, eoque adigere amantem, ut contra ferreas mortis leges sepultum jam & tabescentem vitæ, &c., quod caput est, amicitia suæ redderet; quæ unica puto causa fuit, cur è sinu Abrahæ non invitus rediret L A Z A R U S. Cæterū sic vivus invidiā tantum non emori Iudæos fecit, nimis contra improbos magnus certusque Servatori testis. Itaque alteras illi mortis insidias struxerunt, stultissimo consilio, cùm fatis jura dicere Christum viderent notum jam nuper L A Z A R I patronum. Hoc tamen in cælos, & Apostolis in divisum à se orbem abeuntibus, revixere odia in L A Z A R U M nobilemque familiam. Itaque cum Maximino (è schola Christi & lxxxii. discipulis fuit) Marthâque & Magdalena sororibus, virginē item Marcellâ, exul in navim compingitur, velis remisque sed non cælesti etiam aurâ destitutam. Nam L A Z A R U M sociosque in Gallias tulit, & innoxios

D d d 3

Maffi-



790 VITÆ SANCTORUM. 18. Dec.
Massiliæ exposuit. Miraculo & hæc & a-
liæ vicinæ urbes per multæ Christo credi-
derunt. Tum demum amoribus suis in
silvis Magdalena vacavit, Martha san-
ctis virginibus, Lazarus civibus Antisti-
tes præfuerunt. Dubium ergo est Lazarus
ne invenerit illic portum, an o-
stenderit Gallis? certè absque Lazarus
fuisset, naufragium in portu Massiliens
fecissent. Ex histor. Evang. & Brev.
Rom.

Iusti mors ut præsentis est exitus vita
introitus melioris. Bona mors, si peccata
moriaris, ne justitiæ vivas. Hæc mors ne-
*cesse est ut præcurrat; ut sequatur illa se-*ra. Dum vénis in carne, morere mundo,**
ut post mortem carnis Deo vivere incipiias.
S. Bern. ep. 105.

S. MODESTUS EPISC.
18. Decembris.

Nobiliores nemo Modestus ha-
buit cunas. Rogas quales? carceres
fuere, in quos ad captivum patrem vix-
natum mater asportavit, docuitque à
teneris Martyrem esse. Quinto à partu
mense inter preces uterque parens inibi
animam Deo reddidit, opulentam fi-
lio hereditatem vincula post se relin-
quens. At hanc invidens Maximianus
Imp. educendum viro Senatori ordinis

112